receptis in quos Transgressores Magistratui eiusdem civitatis
cum subsidio ~~Capitanei~~ Capitanei nostri Warsovien. aliorumque
officialium nostrorum si id necessitas postulaverit utrumque
prout expediens fuerit animadvertendi plenam relinquimus potestatem
In cuius rei fidem et firmius testimonium praesentem conces-
sionem nostram cum omnium ordinum Regni nostri consensu
publice celebrat. Constitutionibus Regni nri inseri hasque
literas manu nostra propria subscriptas sigilloque appenso
Maiestatis Regni nostri muniri Mandavimus Actum et Da-
tum per manus Reverendi in Christo Patris D. Alberti Baranow-
skij Epi Premislien. R. nri Vicecancellarij Warsaviae in conven-
tione Regni nostri generali die 17 Mensis Aprilis Anno Dni
1589 Regni vero nostri anno secundo Sueciae Sigismundus ut sup.

Mandatum ad Farensbek.

Sygismundus etc.

Magco Georgio Farensbek Praesidi nostro Venden. in Livoni-
ae nobis dilecto gratiam nram Regiam Magce dne nobis di-
lecte. Relatum est nobis nomine nobilis Henrici a Fisenhau-
sen de Hasther, quod licet per Generosum Mathiam Lesiek Ca-
pitaneum nrum Novogroden. vigore Decretorum Reverendissimi in
Christo Patris Domini Cardinalis Radzivili protunc in Livonia lo-
cum tenen. Regij et Generosi Stanislai Pekoslawskij Capitanei
Sendomirien. Marieburgen. ac Generalis in Livonia commissarij
tum etiam mandatorum nostrorum in bona nobilis Georgij Ber-
lini in certa pecuniae summa, necnon ratione sortis hereditariae
quae illi in eisdem bonis debetur immissus sit eademque bona
per certum temporis spacium teneret et pacifice possideret
ex possessione tamen eorundem bonorum est per praefatum Berli-
num violenter expulsus et eiectus Atque cum praedictus Fi-
senhausius vigore mandati nostri per praenominatum Capitaneum
nostrum Novogrodcen. in praedicta bona denuo immissus esset
Berlinum nulla prorsus habita ratione mandatorum nostrorum
et dignitatis nostrae Regiae cum id per vim et armata ma-
nu facere nequivisset, ad alias artes confugisse praefatumque
Fisenhausium domo cum suis oppressum et nihil tale metuen-
tem incendio noctu eiecisse Ita ut is e flammis noctur-
nis egemine et non sine maximo vitae periculo cum eis
quos penes se habuit sese proripuerit veneruntque domum ra-
pinam fecerit. Neque his Berlinum contentum fuisse sed

pdictum Tisenhausium armata manu petysse eiusdemq
fruſserta omnis generis recepiſse Servitores insuper eiusdem
captivos duxiſse, et quaestionibus subycere voluiſse aliysq gra-
vissimis iniurys. quos animadversione ex legum pscripto digna
sunt pnominatum Tysenhausium affeciſse quae si ita sunt me-
rito nos male habent et graviter offendunt Ideo hisce etiam his-
ce literis nris hortamur eidemq Mandamus ut in pdicta bona de-
scendat illaq vigore Decretorum et rei iudicatae pnominato
Tisenhausio possidenda tantisper tradat quoad Berlinus
pdicto Tysenhausio in omnibus in eisdem decretis conten-
tis satisfaciat. Tum etiam ut ratione incendy et contemptus
Mandatorum nostrorum in pfatum Berlinum eiusdemq complices
et auxiliarios iuris ordine et legitimis inquisitionibus p-
missis animadvertat et quod iuris fuerit in eos statuat pre-
dictumq Tysenhausium in possone bonorum adiudicatorum
tueatur atq defendat Ad quam rem recte perficiendam Ge-
neroso Mathis Leniek Capitaneo nro Nowogrodiensi tanquam
ei cui negocium hoc notum est sint T. S. opus fuerit adiu-
mento sit literis nostris Mandavimus Facturam hac tua rem
gratia nra dignam et officio suo convenientem

Mandatum ad Leniek

Sigismundus etc

Generoso Mathis Leniek Capitaneo nostro Nowogrodiensi Fid.
nobis dilecto gratiam nram Regiam Generose Fid. nobis dilecte
Jam aliquoties Fid. Tuae demandata fuit per literas antecesſ-
soris nostri et nostras etiam Decretorum Reverendmi in cto
Patris Domini Georgy Cardinalis Radziwili Regy in Livonia
locum tenen, necnon Generosi olim Stanislai Pekoslawsky
Generalis itidem per Livoniam Commissary inter Nobiles Henri-
cum a Tisenhaus de Hastfor et Georgium Berlinum latorum
exequutio Noviam autem intelleximus Berlinum denuo non
tantum vi et armis sed etiam incendys exequutionem per Fid.
Tuam iuris ordine factam violaſse ideo huius rei animadver-
sionem et ulteriorem realemq exequtionem Magco Georgio Fa-
rensbeek Proviti Verdensi sub cuius iurisditione ea bona eſ-
se dicuntur demandavimus Cum autem ea res Fid. T notisſ-
sima sit Mandamus eidem ut primo quoq opportuno tempore
eundem Georgium Farensbek conveniat eum de toto negocio
informet et in perficienda rei totius iudicatae exequtione si opus
fuerit adiuvet Pro gra nra et officy sui debito